



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Euclio senex. Lyconides adolescens

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

Plauti

Ly. Ego ne vt te aduersum mentiar mater mea:

Ph. Perij mea nutrit, obsecro te, vterus dolet

Juno lucina tuam fidem, **Li.** hem mater mea

Tibi rem potiozem video, clamat, parturit

Eu. Ihac intro mecum gnate mi ad fratrem meum

Ut istuc quod me oras officium tibi impetratum ab eo auferam

Ly. Jam sequor te mater, sed seruum meum

Strophilum miroz vbi sit, quem ego me iusseram

Illic operiri num ego mecum cogito

Si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est

Ibo intro, vbi de capite meo sunt comitia

Strophilus

Dei diuitijs qui aureos montis colunt

Ego solus supero, nam istos reges ceteros

Memorare nolo hominum mendicabula

Ego sum ille rex Philippus, o lepidum diem

Nam vt dudum hinc abij, multo illuc adueni prior

Multoq; prius me collocaui in arborem

Inde expectabam aurum vbi abstrudebat senex

Exfodio aulam auri plenam inde exeo loco

Video recipere se senem, ille me non videt

Nam ego modo declinaui paulum me extra viam

Stat eccum ipsum, ibo vt hoc quondam domum

Euclio senex. Lyconides adolescens

Derij, interij, occidi, quo curram: quo nunc curram?

Tene, tene, quem: q's: nescio, nihil video cecus eo atq;

Equidem quo eam: aut vbi sum, aut qui sum

Nequeo cuz animo certum inuestigare, obsecro vos ego mihi auxilio

Oro, obtestor, sitis, et hominem demonstratis qui eam abstulerit

Qui vestitu et creta occultat sese: atq; sedent, quali sint frugi C iij

Xulularia

Quid ais tu: tibi credere certum est, nā esse bonū vultu cognosco
Quid est quid rideris: noui omnes, scio fures esse hic cōplures
Nem nemo habet horum, occidisti, dic igitur quis habet nescis
Deu me miser, perij male perditus, pessime ornatus eo
Tantum gemit et mali molestie hic dies mihi obtulit famem et pau
periem

Perditissimus ego sum omnium in terra

Nam quid mihi opus est vita qui tantum auri

Perdidi quod custodiui sedulo egomet me fraudauit

Animumq; meum, geniumq; meum, nunc eo alij letificantur

Meo malo et damno, pati nequeo.

Ly. Quinā hō hic ante edis nostras eiulās, cōqueritur moerens:

Atq; hic quidē Euclio ē, vt opinor: oppido ego interi, palā res est

Scit peperisse iā vt ego opinor filiā suā: nec mihi incertum est

Quid agā: abeā: an maneā: an atēā: an fugiā: qd agā: exepol nescio.

¶ Euclio senex. Lyconides adolescens

Quis hic loquitur: Ly. ego sum, Eu. immo ego sum miser
Et misere perditus, cui tanta mala moestitudoq; obtigit

Ly. Animo bono es, Eu. quo obsecro pacto esse possum

Ly. quia istuc facinus q; tuum

Sollicitat animum id ego feci et fateor, Eu. qd ego ex te audio:

Ly. Id quod verē est, Eu. quid ego emerui adolescens mali:

Quamobrem vt faceres meq; meosq; perditum ires liberos

Ly. Deus mihi impulsor fuit, is me ad illam illexit, Eu. quo mō:

Ly. fateor me peccauisse, et me culpam commeritum scio

Id ateo teoratum aduenio, vt animo equo ignoscas mihi

Eu. Cur id ausus facere, vt id quod non tuum esset tangeres.

Ly. Quid vis fieri: factum illud fieri infectum non potest

Deos credo voluisse, nam ni vellent non fieret scio

Eu. At ego deos credo voluisse vt apud te me in neruo enecem

Ly. Ne illuc dixis, Eu. quid tibi ergo meā me inuito tactio est: